



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Co[n]ciliu[m] Braccare[n]sē tertiu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Concilium Braccarense tertium

humilitati subiaceat, & quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur, oportet enim tales inter damnatos orare.

X LXXXIII. ¶ Si quis de corpore exiens nouissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur, quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentum, donec constitutum pure impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione & probatione episcopi accipere debent.


Y LXXXIII. ¶ Si quis intrat in ecclesiam dei & sacras scripturas audit, & pro luxuria sua auertit se à communione sacramenti, & in obseruandis mysterijs declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem proijciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec poenitentiam agat, & ostendat fructum poenitentiae suae, ut possit communionem percepta, indulgentiam promereri.

Z LXXXV. ¶ Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes orare cum eis, neque liceat cum eis in alia ecclesia segregari, si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicauerit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam, excommunicetur.

¶ Explicit liber excerptorum sancti Martini Braccarensis episcopi ex synodis orientalium.

## Incipit concilium Braccarense tertium. Habitum

anno quarto Vuambani regis. Era. DCXIII.

&  Ecenter satis per diuinum spiritum in Braccarensi vrbe collecti, & de his quæ intra ecclesiam peruersa actione geruntur tractaturi conuenimus, ut adiuuante nos illo qui dicit, Vbi cumque duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum, pari animo parique deuotionis studio exurgentes, male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in vnum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem, scilicet, ne aut vnitatem disputantium, aut nescientiam simplicium erroris quippiam in hoc sacramento fidei teneretur, vnde cum omnes nos in vera fidei ut speculum perlustraremus illatos, in eo quia nullum nostrum

schismatici erroris fatigauerat turbo, sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregrimus deo, quod hanc nostræ fidei regulam ipsis verbis atque sententijs commemoranter præteximus, quibus & in conuentu Nicæni concilij declaratum esse scimus.

A **C**redimus in vnum deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilem omnium & invisibilem conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula. Deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum, non factum, omouisioni patri, hoc est eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, que in cœlo & que in terra, que propter nos & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexerat, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram dei patris, iturus iudicare viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum dominum viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum. Qui locutus est per prophetas. Et vnâ sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Cōfitemur vnum baptismum in remissione peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum. Et vitam futuri seculi. Amen.

B ¶ Post huius sanctæ fidei sacramentum relegatus est in concione omnium nostrum error manifestus pariter & diuersus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta & perueritate comprobatur infundi. Quidam enim in sacrificijs domini relati sunt, lac pro vino offerre, eucharistiam quæque vino madidam pro complemento cœionis credunt populo porrigendam, & quæ peius his omnibus est quidam sacerdotum in vasis domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis præsumunt, quidam etiam ex sacerdotibus relati sunt, quæ ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermissa, missam sine prece orationis audeant dicere, & quæ in solennitatibus martyrum reliquias suo collo imponant, & in sellulis non ab alijs se portandos, nisi ab abbatibus diaconibus credant. Illud quæque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum sceminis commorant, & quæ quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subiiciant. Necnon & illud, quæ quidam Symonis cupiditate arrepti, quæ ordinari sunt sub cau-

sub cautione dimittant, qualiter postq̄ ordinati fuerint, pecuniā ab illis promissam accipiāt. Illud quoq; q̄ familiā ecclesiæ in proprijs laboribus quassant damnum e dñicis faciētes, q̄ omnia, ne cōfufe videant esse prolata, discretis tituloz ordinibus credimus subnectenda.

**Incipiunt capitula.**

- |   |  |
|---|--|
| ¶ Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Cap. 1. | ¶ De damnata præsumptione quorundam episcopoz qui in festiuitatibus martyz ad ecclesiā procedētes, appēlis collo reliquijs a diaconibus in sellulis veētant. 5 |
| ¶ Ne vasa domino sacrata, humanis vsibus seruiant. 2  | ¶ De honestate honoratoz & disciplina 6  |
| ¶ Ne sacerdos sine oratio missam audeat celebrare. 3  | ¶ Ne promissione munerum honoris gratia venundetur. 7  |
| ¶ Ne sacerdotes siue q̄cūq; ex clero sine testimonio cū quibuslibet fœminis habitēt. 4                                  | ¶ Ne rectores ecclesiæ prius propria q̄ ecclesiastica iura laborare intendant. 8   |

¶ Capitulum primum.

¶ Cum omne crimen atq; peccatū, oblati deo sacrificijs, delet, quid de cætero pro delictoz expiatione dño dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Audiuius em̄ quosdam schismatica ambitione detentos contra diuinos ordines, & apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare, alios quippe intinctā eucharistiam populis pro cōplemento cōmunionis porrigere, quosdā etiā non expressum vinū in sacramentis dñici calicis offerre, sed oblati tantū populos cōmunicare. Quod q̄ sit euangelicæ atq; apostolicæ doctrinæ contrariū & cōsuetudine ecclesiasticæ aduersum, nō difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata sacramentoz mysteria processerunt. Cū em̄ magister veritatis verē salutis nostræ sacrificiū suis cōmēdaret discipulis, nō illis lac, sed panē tantū & calicē sub hoc sacramento cognoscimus cōmendata. Ait em̄ euāgelica veritas: Accepit Iesus panē & calicē, & bñdicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in sacrificio offerri, q̄ manifestū & euidentis exēplum euāgelicæ veritatis illuxit, q̄ p̄ter panē & vinū aliud offerri nō finit. Illud vero, q̄ pro cōplemento cōionis intinctā tradūt eucharistiā populis, nec hoc probatū testimoniū ex euāgelio recipit, vbi apostolis corpus suū & sanguinē cōmēdauit, seorsum em̄ panis, & seorsum calicis cōmēdatio memorat. Nā intinctū panē alijs Christū p̄buisse nō legimus, excepto illo tantum discipulo, quē intincta buccella magistri proditorē ostēderet, nō q̄ sacramēti huius institutionē monstraret. Nā q̄ de expresso botro. i. de vauz granis populus cōicatur, valde est oīno cōfusum. Calix em̄ dñicus (iuxta qd̄ quidā doctor edisserit) vino & aqua pmixtus debet offerri, q̄a videmus in aqua populū intelligi, in vino vero ostēdi sanguinē Christi. Ergo qñ in calice vino aqua miscet, Chro populus adunat, & credentium plebs ei in quē credidit copulat, & iungitur. Quæ copulatio & cōiunctio aquæ & vini sic miscet in calice dñi, vt cōiunctio illa nō possit separari, nā si vinū tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis, si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Chro. Ergo qñ botrus solus offert, in q̄ vini tantū efficientia demonstrat, sacramētū nræ salutis negligit, qd̄ p̄ aquā significat. Nō em̄ potest calix dñi esse aqua sola, aut vinū solū, nisi vtrūq; sibi miscet, & ideo q̄a iā ex eo plurima & multiplex maiorū manauit sn̄a, quoz pietas in deū religiosa sacramētoz hoz & efficientias copiosas disse-ruit, & institutōes verissimas declarauit, oīs talis error atq; p̄sumptio cessare iā de cætero debet, ne pueroz inordinata cōpago statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps licitū sit aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquoz sn̄am cōcilioz, panē tm̄ & calicē vino & aqua pmixti. De cætero aliter q̄ præceptū est faciens, tā diu à sacrificando cessabit, q̄ diu legitima p̄nitentiæ satisfactiōe correptus, ad gradus sui officij redeat quod amisit.

II. ¶ Omni cura omniq; studio prouidēdū est, ne hi q̄ locū vident obtinere regiminis, cōtu meliā videant inferre cœlestibus sacramētis. Eteñ qd̄ & auditui terribile & visui execrabile iudicat, relatū est nobis q̄ quidā sacerdotū sacrilega temeritate p̄cipites vasa dñi in proprios vsus assumāt, epulasq; sibi in eis comedēdas apponāt, qd̄ malū & obstupētes deslemus, & deflētēs obstupescimus, vt illic hūana temeritas sibi epulū p̄paret, vbi sanctū sp̄m cognoscit aduocasse, & ibi esum carnū crapatulus assumat, vbi diuina visus ē celebrasse mysteria, & in qbus tantū sibi offerri sacra pro expiatiōe delictoz p̄cepit, in his expleat volūtatem ludibrii sui. Et ideo huius decreto p̄sumptiōis p̄sona q̄ sciendo diuina vasa, vel ministeria aut in vsus trāstulerit, aut comedere in his, vel poculū sibi sumēdū elegerit, gradus sui vel officij piculū sustinebit, ita tm̄ vt si de secularibus fuerit, p̄petua excōicatione dānet, si vero religiosus ab officio deponat. Sub hac q̄q; dānatiōis sn̄a & illi obnoxij tenebūt ecclesiastica ornāmēta, vel ab aliā q̄libet indumenta, atq; etiam vtenilia sciendo in suos vsus transtulerint, vel alij donanda, vel

b 3 vendenda

## Concilium Braccarense tertium.

**C** vendenda crediderint.

**III.** ¶ Quoniam antiqua ecclesiastica nouerimus institutione p̄fixū, vt oīs sacerdos cū ordina-  
tur, oratio vtroq; hūerō ambiat̄ scilicet vt q̄ imperturbatus p̄cipit cōsistere inter prospera &  
aduersa virtutū & ornamento vtroiq; circūseptus appareat humero, qua rōne tpe sacrifi-  
cij nō assumit quod se in sacramēto accepisse nō dubitat. Proinde nobis oibus conuenit, vt q̄d  
quisq; p̄cepit in cōsecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptiōe suā salutis,  
scilicet vt cū sacerdos ad solennia missarū accedit, aut ipse deo sacrificiū oblaturus, aut sacra-  
mentū corporis & sanguinis dñi nri Iesu Christi sumpturus nō aliter accedat, q̄ oratio vtroq;  
humero circūseptus, sicut & tpe ordinationis suā dinoscitur consecratus, ita vt de vno eodē-  
q; oratio ceruicē pariter & vtrūq; humerū premens signū in suo pectore p̄paret crucis, si quis  
aliter egerit, excōmunicacioni debite subiaceat.

**D IIII.** ¶ Quāq; antiqua canonū institutio de huiusmodi p̄sumptione absolutas & multi-  
plices disciplinas atq; institutiones dederit, nos tamen breuitatis causa omnē fornicandi oc-  
casionē cupientes auferre id omnimoda sancimus autoritate tenendū, vt nullus sacerdotū si-  
ue quisq; de clero absq; honesto & cōpetenti testimonio, excepta sola matre, cū quibuslibet  
fœminis secrete se p̄sumat adiungere, & non solum cum extraneis mulieribus, sed cū ipsīs  
etiam fororibus, vel propinquis ne licentia sororū, vel propinquarū mulierū quisq; solus fami-  
liarior habeatur ad perpetrandū scelus. Huius ergo p̄ceptiōnis transgressor sex mensibus  
se nouerit p̄nitentiā legibus subiacere.

**E V.** ¶ Bona siquidē res est diuina sacerdotibus cōrectare mysteria, sed cauedū valde est, ne  
hoc quisq; ad vsum prauitatis suā intorqueat, vnde soli deo de bona cōsciētia placere debue-  
rat. Scriptū est em̄, v̄x his q̄ faciūt opus dñi fraudulēter & desidiose, vt em̄ quorundā ep̄orū de-  
testāda p̄sumptio nō se cœtui intulit dirimēda, agnouimus quosdā de ep̄is q̄ in solennitati-  
bus martyrum ad ecclesiā progressuri reliquias collo suo imponār, vt maioris fastus apud hoies  
gloria intumescāt, quasi ipsi sint reliquiarū archa, leuitarū albas induunt in sellulis eos deportent.  
Quarū detestāda p̄sumptio abrogari p̄ oia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola  
p̄ualeat, si modū suū vniuscuiusq; ordinis reuerētia nō agnoscat, & ideo antiqua i hac parte, &  
solēnis cōsuetudo seruabit, vt in festis quibusq; dieb; archa dñi cū reliquijs nō ep̄is, sed leuitis  
in humeris gestent, quibus & in veteri lege onus idē impositū nouimus esse p̄ceptū. Quod si  
ep̄s reliquias per se deportare elegerit, non ipse à diaconibus in sellula vehatur, sed potius pe-  
des & que vnā cū populi progressionē procedēte ad conuenticula sanctarū ecclesiarū sanctę dei  
reliquiarū per eundē ep̄iscopū portabuntur, iā vero qui hęc instituta sciendo adimplere distu-  
lerit, q̄ diu in officio fuerit, à sacrificando cessabit.

**F VI.** ¶ Cū beatus apostolus arguere, obsecrare vel increpare in omni patiētia p̄cipiat, extra  
hęc doctrinā nouimus quosdā ex fratribus tantis cædibus in honoratos efferuescere, q̄ta po-  
terant latrocinantū promereri p̄sonarū. Et ideo q̄ gradus iā ecclesiasticos meruerūt, i. p̄bri, ab-  
bates & leuitarū q̄ excepto grauioribus & mortalibus culpis, nullis debēt verberibus subiacere,  
nō est dignū vt passim vnusquisq; platus honorabilia mēbra sua, prout voluerit, & ei placuerit  
verberibus subiiciat & dolori, ne dū incaute subdita percutit mēbra, ipse q̄q; debitā sibi sub-  
ditorū reuerentiā subtrahat, iuxta illud quod quidā sapiens dixit, leniter castigatus reueren-  
tiam exhibet castiganti, asperitatis autē nimis increpatio, nec increpatio nē recipit nec salutē  
& ideo si quis aliter q̄ dictum est p̄dictos honorabiles subditos licētia p̄cepta potestatis ela-  
tus malitia tantū crediderit verberandos iuxta modū verberū quę intulerit, excōmunicacionē  
pariter & exiliū sniam sustinebit.

**G VII.** ¶ Quia non expedit, vt donū sancti spūs pecunijs comparetur, quāq; ex hoc antiquo-  
rū canonū disciplinā maneat diuersē, tamen q̄a necesse est vt frequētius retundat quod sine  
int̄missione p̄sumit, ideo nouellę huius institutionis formulam instituētēs decernimus, q̄-  
cunq; p̄ cōferēdo cuiq; sacerdoti gradu, aut munus quodcunq; aut promissiones muneris an-  
teq̄ ordinē accepit, vel etiam postq̄ ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc ipso p̄sumpserit  
munerari, siue qui dederit, siue ille qui accepit, iuxta sniam Calcedonēsis concilij gradus sui  
periculum sustinebit.

**H VIII.** ¶ Non decet rectores ecclesię in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus eē remissos.  
Nā quorundā fert̄ opinio quod quidā sacerdotū familias ecclesię sic in suis laboribus qual-  
sent rei p̄prie p̄fectū augētes, dñicis vero dispēdium nutriētēs. Vnde quicunq; sub hoc neg-  
lectu res diuinas laborare distulerit placito speciali distringēdus est, qualiter si de rebus seu au-  
gmētis ecclesię sic quærētū laboribus suis, p̄prie atxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut negle-  
ctū laboris exhibuit, aut minorationē, vel perditionē induxit, quicquid in rebus ecclesię mi-  
nuit illi restituar, ex cuius rebus atq; suffragijs suos cōuictus fuerit, ampliasse labores, Quod si  
aliquid

aliquid pro utilitatibus ecclesie, aut substantie expedit, aut dispedit, vel perditionis quippiam tulit, si hoc comprobari poterit, totum illi a rebus ecclesie eiusdem reformabit, pro cuius utilitatibus id expedit esse probat. Gratas itaque oportet peragimus, post hanc sit pax, salus, & diuturnitas pijsimo, & amatori Christi domino nostro Vnabano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit, diuina postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum eius corroboraret usque ad ultimam senectutem, prestante ipso, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & gloriatur in trinitate deus, in secula seculorum. Amen. Leodigius in Christi nomine episcopus subscripsi, Iulianus in Christi nomine episcopus subscripsi, Genitibus in Christi nomine Tudensis ecclesie episcopus subscripsi, Froaricus deo iubente Portugalesis ecclesie episcopus sub. Beia in Christi nomine Britanniensis episcopus ecclesie sub. Isidorus Asturensis ecclesie episcopus sub. Alarius Aurensis ecclesie episcopus sub. Rectogerus Lucensis ecclesie episcopus sub. Hidulphus, qui cognominor Felix, Hiriensis ecclesie episcopus subscripsi.

¶ Explicit Concilium Braccarense tertium.

¶ Incipiunt Capitula Concilii Spalensis primi.

¶ De concilio Spalensi ad Pegasium episcopum missa.

Cap. primum

¶ De mancipiis ecclesie ab episcopo proximis suis collatis.

Cap. secundum.

¶ De clericis cum quibus mulieres cohabitant.

Cap. tertium.

## Incipit concilium Spalense primum.



Omino sancto & reuerenter a nobis honorando charissimo fratri **A** Pegasio episcopo, Leander, Iohannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Fintitio, & Petrus, episcopi, qui in una urbe Spalensi assumus. Sanctitatem tuam charitatis studio salutantes precamur dominum qui nos de salute mutua, vel uisione laetificare dignatus est te tantum multo conseruet in tempore.

¶ Capitulum primum.

¶ Interea confidentibus nobis in ecclesia Spalensi sancta Hierusalem **B** breue mancipiorum ecclesie quae liberasse uisus fuerat decessor tuus sanctae recordationis Gaudentius episcopus, uestri nobis diaconi obtulerunt, & non solum quae liberauerat ibidem relegimus, sed etiam quae proximis suis de famulis ecclesie donauerat in eodem breui inuenimus annorata. Qua de re canonum instituta consulimus, si talis libertas, aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus autem in canone, ut episcopus qui res proprias, excepto, filiis & nepotibus, alteri, & non ecclesie suae dimiserit, quicquid de ecclesie rebus, aut donauit, aut vendidit, aut quoquo modo ab ecclesia transtulit, irritum habere. Et ideo si res praecessoris tui Gaudentii episcopi ecclesia uestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Caeterum si res illius in compensationem ecclesie uestrae deseruiuit, illi prorsus maneat liberi. Nam (ut praedictum est) si praesentium de rebus suis non fecit, tale damnum utique ferre non debuit. Propterea ergo de uno consensu omnes significamus, magis humanius quam seuerius cogitantes, ut hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in iure ecclesie maneat ut idonei, & peculium suum non alijs personis, sed tantum filiis suis derelinquant, ipsis quoque filiis & nepotibus cum peculij ipsorum quasi idoneis in iure ecclesie permanentibus in extraneam eis non liceat personam quippiam transmittere. Si qui eorum sine haerede decesserint, peculium eorum sanctae proficiat ecclesie.

**C** ¶ Ea uero mancipia quae memoratus episcopus de iure ecclesie sublata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesie ipsi non contulerit, ecclesia uestra absque aliqua oppositioe recipiat. Hanc formam non solum uestra, hoc est Astigitana seruabit ecclesia, sed & omnes qui per omnem Beticam prouinciam tali conditione vel sorte de iure ecclesie commearunt, pari sententia subiacebunt. Dux est enim atque irreuocabile, ut episcopus qui ecclesiasticis stipendijs uiuit, & proprietatem suam lucris ecclesie minime confert, aliorum oblationes a iure ecclesiastico priuet.

**D** ¶ Inter caetera uero cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quae quidam episcoporum non obseruantes nuper editum concilii Toletani decretum minus solliciti in subiectis existunt, placuit proinde ut si presbyter diaconi uel clerici consortia extraneorum feminarum, uel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus remouerint seculi iudices easdem mulieres cum uoluntate & permisso episcopi comprehensas in suis lucris usurpet, ut uitiu hoc dum sacerdos inhibere non potest, potestas iudicialis coerceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento, episcopo, ut eas clericis nulla arte restituat, qui si restituerint, ipsi iudices sententia excommunicationis feriant. Mulieribus uero illis iuxta priores canones a sacerdote distractis precium earum indigentibus dispensetur, quae statuta manu nostra subscripsimus, data ad sanctitatem uestram die secundo Nonas Nouembris, Anno quingentesimo gloriosi domini nostri Reccaredi regis, Era, DC, XXVIII.

b 4

Leander